

admittor, intercurrente identidem molestissima rerum
discrepantiâ. Tu capiti tuo gratularo, et bono evento
(S. Viri placet et prisciano) qui illam a te calamitatem auertit
Miki et argumenti alludentiâ et principii non poenitendo
cum ~~esset~~ successu illecto, meus dolor incumbit, qui
insignem vindictæ occasionem amiserim. Nam ad boni
tum certe redendi, proterea quod id motus meæ non est
neque ingenij facile sibi infensi, ab illo tempore otium vix
fuit, neque ut fateari fiducias quidem restituendi satis
exacte, quod quumquam felicissimo primo impetu egesse
ram. Ergo et hanc etiam inter silendi causas habe-
Inter autem affectus ~~tuus~~ erga te miki præcipuas et
æternas, egregiam conditionem tuam, et nobilissimum
carmen, cujus ultimo carmine jucundissimum herede de-
disti documentum. Vale, et ubi commodum erit subinde
mecum communica; quod circa humaniorum litterarum
studia quotidie vel joci tibi vel serio agitantur, cum
possis re me facere gratiorem

Non si præcipiti dicas conuitia toruo.

Aut scalpris moueas bella disetta meis.

Accepi ultimas tuas, biduo postquam scripta fuerunt, ea
aurigarum fides est.

C. Hugenius.

(80).

Barleo

Pycidem istam Barleo doctissime, in quâ. To Basilixon
Νῦξον inuenies, quale unâ cum liberis hæc Oldsworthi
et alteri Anglicani, alterius amici circa personam Regiam,
quem ejusdem juris participem feceram, Illustrissimus
Carletonius tradi curavit, seruare apud me ultra tri-
um non potui, ne meâ quoque culpâ prorogaretur
longior ista quam par fuit procrastinatio, neque non
quod factum est a benignissimo Rege videtur, cum meâ
in manu erat tarditatem Gravitate muneri compon-
sare. Tu scires audis post Comitum Pembrociæ, summum
nunc dapiferum, Oldsworthio gratiarum actionem ante
omnia literis testari ne omittes. Nec meâ quidem sen-
tentiâ Carletonium recte neglexeris. Me quod attinet
feceris rem gratissimam, si vulgari istas omnino non
omnino non severis. Fieri possit ut tam bono exemplo
alii eodem ferantur et in re simili præstatam operam a
me expectent. At ego pleno omnibus ore iudico, nulli
me

officio illibentius adhiberi, nullius ab hinc gratia fidem sub-
turum, non si affinis fuerit aut frater. Pro te si quid proes-
titi non poenitet aut poenitebit, quamdiu amare me pegeris
qui eruditionem tuam diligo, aequè atque admirandam censes.
Vale. Hagae 25. Jun. 1627.

C. Hugenius.

Itinerarium cum epigrammate
tuo recepi et saepius elocare ampliore
sortem velim, si vel talis usura
spes detur.

Barlae.

(89).
Vix a me discesteras, Barlae doctissime, ut oblata scribendi
occasione, manum calamo admoni, et parum tui memores
Britannos quâ decere visum est comi severitate compellam:
ut scilicet quae inter illum Regem et Rempublicam nos-
tram super jure Legationis nata contentio cesset, privato
saltem tibi non obstaret, cui cum Republica nihil comonu-
ne esse, nisi quod in persona Regis publicè de omni gente
meritus es, cujus ut illi literarum accerrimi vindices ac
Patroni tam subito non recordarentur fieri id, meâ opinione,
per Musas non posse. Quicumque tandem rei futurus eventus
volui vel ambigere te equid mihi cura res amicorum
sint, ut si forte opinionem meam Angli illuserint, quod
vix est ut metuan, eam certe quam de me concepis-
se te confido, nunquam causa sit cur amittas. Adeo
huic epistolae Italianam et Germaniam meam, id est exigu-
am earum partem, qualem olim per negotium publicè
tunc mihi commissum festinanti lustrare contigit. Rediit
nunc demum ad me libellus iste e manibus magnorum
virorum, qui ut meâ impensâ domi peregrinarentur, suâ
quidem interesse crediderunt, curiosi utique non locorum
quae adinimus, sed tamen earum maxime rerum, quae ab
illo rituum antiorum et Politicorum peritissimo Legato
Aetsonio, publicè ubique circa occursum virorum Principum
et cetera hujusmodi receptionum solennia gesta fuerint.
Te fortasse regionum, viarum, oppidorum historia magis
afficiet, me jucundissimi itineris tanto meminisse juvabit
si post innumeros alios, unicam in eo paginam reperisse te
sensero, cujus gratiâ totum percurrense non poeniteat. Vale
et me amas. Hagae 4. Jun. 1627.

C. Hugenius.

Oldenarthio.